beat se & operetur. hec autem ad alias quidem artes habere non cõnumerantur: preter ipsum scire. ad virtutes autem scire quidez parum aut nihil potest. alia vero omnia: non parum: sed omnia possunt: que ex multotiens operari iusta & temperata adueniũt. Res quidem igitur iuste & temperate dicuntur qũ sunt tales: quales vtiqꝫ iustus & temperatus operabitur. iustus autem & temperatus est nõ qui hec operatur: sed & qui sic operatur: vt iusti & tẽperati operãtur. Bene igitur dicitur quoniã ex iusta operari iust⁹ fit. & ex temperata tẽperatus. ex non operari autẽ hec/ nullus curabit vtiqꝫ fieri bonus. Sed multi hec quidem non operãtur. ad rationem autem confugientes existimãt phãri. & sic fore studiosi. simile aliquid facientes laborantib⁹: qui medicos quidem audiunt studiose: faciunt autem nihil eorum que precepta sunt. quẽ admodum igitur illi neqꝫ bene habebũt corpus/ ita curati: neqꝫ isti aiam: ita philosophantes.

¶Capitulum quintũ q⁹ virtutes non sunt passiones neqꝫ sunt potentie sed habitus.

POst hec autem quid est virtus/ scrutanduz. quia igitur que in anima fiunt tria sunt: passiones. potentie & habitus: horum vtiqꝫ aliquod erit virtus. Dico autẽ passiones quidẽ/ cõcupiscentiam/ iram/ timorem/ audaciam/ inuidiam/ gaudiũ/ amiciciam/ odiũ/ desideriũ/ zelũ/ misericordiaz/ & vniuersaliter/ quib⁹ sequitur delectatio vel tristicia. Potẽtias autẽ secundũ quas passibiles horũ dicimur. puta secundum quas potẽtes irasci. vel tristari. vel misereri. Habitus autẽ scdm quos ad passiões hẽm⁹ bene vel male. puta ad irasci/ si qdẽ vehemẽter vel remisse: male hẽmus. si aũt medie: bene. siliter autẽ & ad alia.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Passiones quidē igitur non sunt neq; virtutes neq; malicie quoniam non dicimur secundum passiones studiosi vel praui, secūdum virtutes autem vel malicias dicimur. Et quoniam secundum passiones quidē/neq; laudamur/neq; vituperamur.nō enim laudatur qui timet/neq; qui irascitur.neq; vituperatur, qui simpliciter irascitur:sed qui qualiter,secundum virtutes autem vel malicias laudamur vel vituperamur. Adhuc autez irascimur & timemus quidē non sponte, virtutes autem electiones quedam, vel non sine electi lone. Adhuc autem secūdum passiones quidez moueri dicimur,secundum virtutes autem vel malicias nō moueri,sed dispositioni qualiter. Propter hec autē neq; potētie sūt, neq; enim boni dicimur propter posse pati simpliciter:neq; mali,neq; laudamur·neq; vituperamur. Et adhuc potentes sumus natura.boni autem vel mali non efficimur natura.diximus autem de hoc prius. Si igitur neq; passiones sunt virtutes:neq; potentie:relinquitur habitus eas esse. Quidquidē igitur genere est virtus dictum est.

¶Capitulum sextum diffinit virtutem:& distingit medium cuius virtus est coniectatrix.

Portet autem non solum sic dicere quoniam habitus sed & qualis quidem. Dicendum igitur quoniam virtus omis cuius vtiq; fuerit virtus/& id bene habens perficit:& opus eius bonum reddit·puta oculi virtus & oculum facit studiosum:& opus eius bonum.oculi enim virtute bene videmus,similiter autem & equi virtus equum studiosum & bonū ad currendum & ferendum ascensorem & expectandum bellatores.si itaq; hoc in omnibus ita se habet:& hominis virtus erit

(c) 2007 Ministerio de Cultura

vtiq; habitus ex quo bonus homo sit & a quo bene opus suum reddit.qualiter autem hoc erit iam quidem diximus. Adhuc autem hoc erit manifestum si speculati fuerim⁹ qualis quidē est natura ipsius.in omni itaq; continuo & diuisibile est accipere hoc quidem plus:hoc autem minus:hoc vero equale.& hoc vel secū dum ipsam rem:vel ad nos.equale autem medium quidē est superhabundātie & defectus. Dico vtiq; rei quidē medium quod equaliter distat ab vtroq; extremorum. quod est vnum & idem omnib⁹.ad nos autem quod neq; abundat neq; deficit. hoc autem est neq; vnū neq; idem omnibus.puta si decem multa duo autem pauca:sex accipiuntur media secūdum rem equaliter enī excedunt & exceduntur.hoc autem medium est secundum arismeticam proportionem. Quod autem ad nos non ita sumēduz. non enim si alicui decem minas comedere multum. duas autez paucum/magister sex precipiet.est enim hec forsitā & multū sumenti vel paucum miloni quidem paucum.dñatori autē gignasiorum multum similiter autem & in cursu & in palestra. Ita vtiq; omnis sciens abundantiam & defectum fugit.medium autez querit.& hoc desiderat.medium autem nō quod rei sed quo ad nos. Si vtiq; omnis scientia sic opus perficit.ad medium respiciens:& in hoc ducens opera: vnde consuerunt dicere bene habentibus operibus quoniam neq; auferre est neq; apponere. vt superabundantia quidem & defectu corrūpente bene:medietate autem saluante. Boni autem artifices vt diximus ad hoc respicientes operantur. virtus autem omī arte certior & melior est: quē admodum & natura:medij vtiq; erit coniectatrix. Dico autem moralē.hec enim est circa passiones & operationes in hiis autez

c.i.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

est superabundantia & defectus & medium, puta & timere & au-
dere / & concupiscere & auerti / & irasci & misereri / & vniuersali
ter delectari & tristari: est & magis & minus, & vtrũq; non bene
quando autem oportet: & in quibus: & ad quos / & cuius gratia /
& vt oportet: medium & optimum, quod est in virtute, similiter
autem & circa operationes est superabũdantia & defectus & me
dium. Virtus autem circa passiones & operationes est, in quib⁹
autem superabundantia vicõsa est, & defectus vituperatur, me-
dium autem laudatur & dirigitur, hec autem ambo virtutis. Me
dietas igitur quedam est virtus coniectatrix existẽs medij. Ad
huc peccare quidem multis modis dicitur, malũ enim infiniti:
vt pythagorici existimauerunt, bonũ autem finiti, dirigere au-
tem duo vno modo, ideoq; hoc quidem facile: hoc autẽ diffici-
le, facile qu ẽ non contingere signũ, difficile autem continge
re. & propter hoc malicie quidẽ superabundãtia & defectus, vir
tutum autem medietas, boni quidẽ enim simpliciter: multipha
rie autem mali. Est ergo virtus habitus electi⁹ in medietate cõ
sistens: quo ad nos determinata ratione, & vt vtiq; sapiens de-
terminabit.

¶Capitulum septimum dictam diffinitionem elucidat quantum ad id quod dicit virtutem in medio consistere.

Medietas autem duarum maliciarũ, huius quidẽ secũ
dum superabũdantiã: huius autẽ secundũ defectum.
Et adhuc hinc has quidem deficere: has autẽ supera
bundare ab eo quod oportet & in passionibus & in operationi
bus. virtutẽ autẽ mediũ & inuenire & eligere. Propter qd scdm
substantiã quidẽ & rationẽ quid est esse dicentẽ: medietas, ẽ vir

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tus.secundum optimum autem & bene:extremitas.Non autem suscipit omnis operatio neq; omnis aie passio medietatem.que dam enī cōfestim nomiata:conuoluta sunt cū malicia.puta gaudium de malo.inuerecundia.inuidia & in operationib⁹ quidē adulteriū.furtum hoicidium.hec enim omnia & que talia sunt dicūtur secundum se ipsa mala esse.sed non solū superabūdantie ipsorum neq; defectus.non est igitur vnq; circa hec dirigere sed semper peccare.neq; est bene vel non bene circa talia in eo quod vt oportet.& qn̄.& qūo puta adulterari sed simpliciter facere quodcūq; horū:peccare est. Similiter igitur/ attribuenti & circa iniusta facere:& timere/& incontinentē esse: esse medietatem:& superabundadtiā.& defectū erit enim superabundātie & defectus medietas.& superabundātie superabūdantia.& defectus defectionis.Quemadmodū igitur tēperātie & fortitudinis: non est superabundantia & defectus:propter mediū esse aliqualiter extremum:ita neq; illorū medietas: neq; superabundantia & defectus.sed vt vtiq; opertum est: vicōsum est.vniuersaliter ergo/neq; superabundātie/neq; defectus medietas est neq; medietatis superabundantia & defectus.

¶Capitulum octauum dictā diffinitionē elucidat discurrendo per singulas virtutes.

Portet autem non solum vniuersaliter dici: sed & in hiis que sunt secundum singula aptare.in hiis enim q circa operationes sermonib⁹/ vniuersales quidē maniores sunt.particulares autē veriores circa singularia enī operatōnes.oportunū aūt in his concordare sumēdū igitur hoc ex descriptiōe. Circa tiores ergo & audacias:fortitudo medietas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſuperabundãtiũ autẽ qui qdẽ in intimiditat e innomiat⁹ ẽ, mul-
ta autẽ ſũt innomiata, qui autẽ in audere ſupabũdat audax qve
ro in timere quidẽ ſuperabũdat: in audere autẽ deficit: timidus
Circa delectatiões aũt & triſticias nõ oẽs min⁹ aũt & circa triſti
cias: medietas quidem temperantia, ſuperabundantia vero intẽ
perantia, deficientes autem circa delectationes non multum fi-
unt. propter quod nomen & iſti non ſunt ſortiti, ſint autem inſẽ
ſibiles. Circa dationem autem pecuniarum & acceptionem me
dietas quidem liberalitas, ſuperabundantia autem & defectus p
digalitas & illiberalitas, contrarie autem & hee ſuperabundant
& deficiunt. prodigus quidem enim in tributione ſuperabũdat:
in acceptione autem dificit, illiberalitas autem in acceptione q-
dem ſuperabundat: in tributione vero deficit, nunc quidẽ typo
& in capitulo diximus contenti hoc ipſo. poſterius autẽ certius
de hiis determinabitur, Circa pecunias autem & alie diſpoſitio
nes ſunt, medietas quidem magnificentia, magnificus enim dif
fert a liberali. hic quidem enim circa magna: hic autẽ circa par-
ua, ſuperabundantia autem apyrokalia & banauſia, defectus ve
ro paruificentia, differũt autem he ab his que circa liberalitatem
quomodo autem differunt poſterius dicetur, Circa honorem q-
dem & inhonorationem medietas quidem magnanimitas, ſu-
perabundantia autem chaymotes quedam dicta, defectio autem
puſillanimitas, Sicut autem dicimus habere ad magnificentiam
liberalitatem circa parua differentem: ita habet quedã & ad ma
gnanimitatem circa honorem exiſtentem magnum, hec autem
circa paruum exiſtentem. eſt enim vt oportet appetere honorem
& magis q̃ oportet & minus, Dicitur autẽ qui ſuperabundat qdẽ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

desideriis/philothimus qui autem deficit aphilothimus, medi⁹ autem inno mīatus est innomīate autem& dispōnes, verūtamē, philotimus a philotimia, vnde contēdunt extremi de media regione, ad nos autem est/quādo medium philotimum vocam⁹: est autem quando a philotimum.& est quando laudamus philotimum:est autem quādo a phylotimum, propter quam autē causam hoc facimus:in hiis que deinceps dicetur.nunc autem de reliquis dicamus secundum enarratum modum. Est autem & circa iram superabundantia, & defectus, & medietas. fere autem innomīatus existentibus ipsis:medium mansuetum dicentes: medietatem mansuetudinem vocamus, extremorum autem:q quidem superabundat iracundus sit, malicia autem iracundia q autem deficit inirascibilis quidem, defectio autem inirascibilitas. Sunt autem & alie tres medietates:hñtes quidem quandā similitudinem adinuicem differentes vero abinuicem, omnes quidē enim sūt circa verborum & operationū cōmunionem, differūt autem qm̄ hec quidem est circa verū quod est in ipsis: hec autem circa delectabile, huius autem:hec quidem in vsu: hec autem in omnibus que secundum vitam, Dicendum igitur de hiis: vt magis cognoscamus qm̄ in omnibus medietas laudāda, extrema autem:neq; recta neq; laudabilia, sed vituperabilia sunt, sunt qdem, igitur & horum plura innominata, temptādū autem quod in aliis:ipsis nomīa fingere manifestationis grā & bōi quod cō sequitur, Circa verum quidem igitur medius verus quis: & medietas veritas dicatur, fictio autem que quidē ad maius iactātia & qui habet eam iactator, que autē adminus yronia & yron, Circa delectabile autē/qd̄ qdē in ludo/medius quidē eutrapelos, &

(c) 2007 Ministerio de Cultura

dispositio eutrapelia, superabūdantia autē bomolochia, qui autem habet eā bomolochus, q autē deficit/agroycos quis. & hit agroykeya, Circa reliquum autē delectabile/quod in vita/ qui quidem delectabilis est vt oportet/amicus, & medietas quidē aicicia, qui autē superabundat/si quidem nullius grā/ placidus, si autem vtilitatis alicuius sui blanditor, qui autē deficit & i omnibus indelectabilis: litigiosus quis & discolus. Sunt autē in passionibus/& in his que sunt circa passiones medietates, verecundia quidem virtus non est, laudatur autē & verecundus & in his enim hic quidem dicitur medius, qui autem superabūdat catha plex, qui omnes verecundatur. qui autem deficit vel nequaq̄ verecundus/inuerecundus. medius autem verecūdus. Nemesis autem medietas inuidie & epycacocarchie, sunt autem circa tristicias & delectationes in his que accidunt proximis suis, nemesy enim quidem tristatur de indigne bñ operantibus, inuidus autē superexcedens in omnibus tristatur. epycacocarchus autem tātum deficit a tristando vt & gaudeat, sed de his quidem igitur alias tempus erit. De iusticia autem quia non simpliciter dicitur/ post hec diuidentes/de vtraq̄ dicemus qualiter medietates sūt, similiter autem & de rationabilibus virtutibus.

¶Capitulum. ix. de oppōne virtutū & viciorum.

Ribus autem dispositionibus existentibus/duab⁹ q̄dem maliciis/hac quidem secundū superabūdantiā: hac aurem secundum defectū: vna autem virtute medietate: omnis omnibus oppōitur aliqualiter. extreme quidem enim & medie adinuicem contrarie sūt. media autem extremis. Quemadmodum enim/equale adminus quidem maius/a d ma

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ius autem / minus: ita medij habitus / ad defectus quidem supera
bundant: ad superabundantiam autem deficiunt & in passioni=
bus & in operationibus, fortis enim ad timidum quidem audax
videtur. ad audacem autem timidus. similiter autem & tempera
tus ad insensibilem quidem intemperatus, ad intẽperatum autẽ
insẽsibilis. liberalis autem ad liberalem quidem prodigus: ad p
digum autem illiberalis, Propter quod proiciunt medium ex=
tremi alter ad alterum & vocant fortem timidus quidem auda=
cem: audax autem timidum, & in aliis proportionaliter. Sic au=
tem oppositis adinuicẽ his / maior contrarietas est extremis ad
inuicem: q̃ ad medium. longius enim hec distant abinuicem q̃ a
medio. quemadmodũ magnum a paruo: & paruum a magno: q̃
ambo ab equali. Adhuc ad medium quidem / quibusdam extre=
mis, similitudo quedam videtur, vt audacie ad fortitudinem. &
prodigalitati ad libertatem. extremis autem abinuicẽ pluria dis
similitudo. que autem plurimum distant abinuicẽ / contraria de
terminantur, quare magis contrarieque plurimum distant. Ad
medium autem oppõitur: in hiis quidem magis defectio: in hiis
autem superabundantia. puta fortitudini quidem nõ audacia su
perabundantia existens, sed timiditas defectus existens tempe=
rantie autem non insensibilitas defectus existens sed intemperã
tia superabundantia existens. Propter duas autẽ causas hoc cõ
tingit. Vnam quidem que est ex ipsa re in essendo enim similius
& proximius alterum extremorum medio. nõ hoc quidem: sed
contrarium / oppõimus medio magis, puta quia similius esse vide=
tur fortitudini auda cia & pximius / & dissimilius timiditas / hãc
magis oppõimus, distantia enim plus a medio / cõtraria magis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

esse videtur, vna quidem igitur causa hec ex ipsa re, Alia autem ex nobis ipsis ad que enim ipsi magis nati sumꝰ aliqualiter/hec magis contraria medio videntur, puta ipsi magis nati sumus ad delectationes, ideo facilius mobiles sumus ad intemperantiam q̃ ad temperantiam hec igitur magis contraria dicimus ad que augmentum magis fit, & propter hoc intemperantia superabuntia existens/magis contraria est temperantie.

¶Capitulũ.x.ostendit qualiter moralis virtus acquiri possit,

QVoniam quidem igitur est virtus moralis medietas/ & qualiter/& quoniam est medietas maliciarum duarum: huius quidem secundum superabundãtiam: huius autem secundum defectũ/& quoniã talis est quia cõiectatrix medij est quod in passionibus & operationibus sufficienter dictum est, Ideo & difficile est studiosum esse. in vno quoqꝫ enim medium accipere difficile, puta circuli medium: non cuiuslibet: sed scientis, sic autem & irasci quidem cuiuslibet est facile, & dare argentum & cõsumere: cui autẽ/& quantũ/& qñ/& cuius gr̃a/ & qualiter non adhuc cuiuslibet: nec facile quod bene est, & rarũ & laudabile & bonum. Propter quod oportet coniectantẽ medium primum quidem recedere a magis contrario, quemadmodum & calipso mouebat/extra fumum quidem & vndã custodi nauem. extremorũ enim hoc quidẽ est peccatum maius: hoc autem minus. quia igitur mediũ attingere/sũme difficile: sc̃dm secundam autem nauigationem aiunt mima sumenda maloruꝫ: hoc autem erit maxime hoc modo quo diximus, Intendere autem oportet & ad que ipsi faciles sumus mobiles alij enim ad alia apti nati sumus hoc autem erit notum ex delectatione

(c) 2007 Ministerio de Cultura

& tristicia facta circa nos, in contrarium autem nosipos attrahe re oportet, multum enim adducētes a peccando in medium ve niemus, quod tortuosa lignorum dirigentes faciūt. In omni au tem maxime obseruandum delectabile & delectationem. nō eni non accipientes iudicamus eam quod igitur plebis senes pacie bantur ad helenam hoc oportet pati & nos ad delectationem. & in omnibusillorum dicere vocem. si igitur abicientes ipsā mi= nus peccabim⁹. hoc igitur facientes / vt in capitulo dicam⁹ / ma xime poterimus medium adipisci. Difficile autem forsitan hoc & maxime in singularibus. non enī facile determinare qualiter, & quibus, & in qualibus, & quantum tempus determinandū ete= nim nos quādoꝫ deficientes laudamus: & mansuetos dicimus quādoqꝫ autem grauantes viriles vocamus. Sed qui quidē pa rum a bene transgreditur / non vituperatur: neqꝫ ad maius / neqꝫ adminus, sed qui plus, iste enim non latet. Hic autem vsquequo & inquantum / vituperabilis / nō facile sermone determinare. ne qꝫ enim aliud aliquid sensibilium. talia autem in singularib⁹, & in sensu iudicium. hoc quidem igitur tantum ostendit / quoniaꝫ medius habitus in omnibus laudabilis. Declinare autem opor tet / qñꝫ quidem ad superabundantiam. qñꝫ autem ad defectum. sic enim facile medium & quod bene adipiscemur.

Finit Liber Secundus.

¶ Liber Tercius est de voluntario inuolunta rio, & electione que sunt principia actuū virtu tis, & de fortitudine & tēperantia q̄ sunt circa passiones vitam hominis respicientes. Cuius sunt capitula .xviii.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Capitulum primum ostendens q̃ tractanti de virtute.de voluntario & inuoluntario agendum est: inuoluntaria diuidit & exequitur de inuoluntario per violentiam.

Virtute itaq̃ circa passiones & operationes existẽte:& inuoluntariis quidem laudibus & vituperiis factis/in inuoluntariis autem venia/q̃nq̃ autẽ & misericordia/ voluntarium & inuoluntarium necessarium forsitã determinare de virtute intendẽtibus. Vtile autẽ legislatioribus ad honores & penas. Videntur autẽ inuoluntaria esse que violenta: vel propter ignorantiã facta. Violentum autem cuius principiũ extra/tale existens in quo nihil confert qui operatur. vel qui patitur, puta si spũs tulerit alicubi. vel hoies dñi existentes. Quecũq̃ igitur propter timorem malorũ operata sunt, vel propter bonum aliquod puta si tirannus precipiat turpe operari dñs existens parentũ & natorum/& faciente quidem saluabuntur/non faciente autem moriẽtur/dubitationẽ habet vtrũ voluntaria sint aut inuoluntaria. Tale autem aliquid accidit & circa eos qui in tempestatib⁹ quidẽ iact⁹: simpliciter quidem enim nullus iactat nolens in salutẽ autẽ sui ipsius/& reliquorũ omnes intellectum habentes. Mixte quidẽ igitur sunt huius operatõs, assimilantur autem magis voluntariis. voluntari e enim fiunt tunc cum operãtur, finis autem operationis secundũ tempus est, & voluntarium itaq̃ & inuoluntarium/quando operatur dicendũ. Operatur aũt volẽs eteni principium mouẽdi organicas ptes in talib⁹ operationibus in ipso est, quorũ autẽ in ipso est pricipiũ/in ipso est operari vel nõ, volũtaria itaq̃ propter hec q̃ talia sunt simpliciter autem forsitan

(c) 2007 Ministerio de Cultura

inuoluntaria.nullus enim vtiq; elige ret secundum se ipsũ taliuz aliquid. In operationibus autem talib⁹ qñz & laudantur/ qñ tur pe aliquid vel triste sustinẽt pro magnis & bonis.cum autẽ ecõ uerso vituperantur.turpissima enim sufferre pro nullo bono aut modico praui. In aliquibus autem laus quidem non fit. sed venia quando propter hec talia operatur aliquis que nõ oportet/ que hũanam naturam excedunt/ & que nullus vtiq; sustineret. Quedam autem fortassis non est cogi .sed magis moriendũ pacientem durissima.etenim euripidis almeona derisoria videtur cogentia matrem occidere. Est autem difficile qñz iudicare quale pro quali eligendũ quid pro quo sustinẽdũ. Adhuc autẽ difficilius imorari cognitis.etenim in multis est que quidẽ expectãtur:tristia que autem cogũtur:turpia. vnde laudes vel vituperia fiunt circa coactos vel non. Qualia quidem igitur dicendũ violenta: vel simpliciter quidem/ quando causa/ in hiis que exteri⁹/ est.& qui operatur nihil confert. Que autem secundum ſi ipa quidem inuoluntaria:nunc autem pro hiis voluntaria/ quorum autem & principium in operante/ secundum se ipsa quidem inuoluntaria. nunc autem pro hiis voluntaria. Magis autem assimilantur in voluntariis.operationes enim in singularibus. hec autem voluntaria. Qualia autem pro qualibus eligendum: non facile est tradere. multe enim differentie sunt in singularibus. Si quis autem dicat delectabilia & bona violenta esse:cogunt enĩ exterius existentia:omnia vtiq; sic erunt violenta.horum enim gratia omnes omia operantur. Et qui quidem vi/ & nolẽtes: cũ tristicia.qui autem propter bonum cũ delectatiõe.Ridiculũ autem causari/ que/ exterius:sed non ipsũ bene venabilẽ existen-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tem a talibus. Et bonorum quidem seipsum: turpium autem delectabilia. Videtur vtiq; violentum esse cuius extrinsecus principium: nihil conferente vini passo.

¶ Capitulum secundum de inuoluntario per ignorantiam.

QVod autem propter ignorantiam: non voluntarium quidem omne est. inuolũtarium autem quod triste & in penitudine. qui enim propter ignorantiam operatur quodcunq; / nihil tristatus in operatione: volẽs quidem non operatus est quod non sciuit. neq; rursum nolens non tristat⁹ de eo / quod propter ignorantiã. qui quidem in penitudine. nolens videtur qui autẽ non penitet: quia alter sit non volens quia etiã differt: melius est habere nomen propriũ. Aliud autem videtur: & propter ignorantiam operari: ab eo quod ignorantem facere ebrius enim vel qui irascitur / nõ videtur propter ignorantiam operari. sed propter aliquid eorum que dicta sunt non sciens autem: sed ignorãs. ignorat quidem igitur malus que oportet operari. & a quibus fugiendum. & propter tale peccatũ iniusti & vniuersaliter mali fiunt. Inuolũtarium quidem vult dici / nõ si quis ignorat quod confert. non enim que in electione ignorantia causa inuoluntarij. sed malicie. neq; q̃ vniuersalis vituperatur enim propter hanc. sed que in singularibus in quibus / & circa que operatio: in hiis misericordia & venia. horum enim aliquod ignorans inuoluntarie operatur. Forsitã igitur non malum determinare hec. & que: & quot sunt: & quis vtiq;: & quid: & circa quid: vel in quo operatur q̃nq; autem & quo: puta instrumẽto & gratia cuius: puta salutis: & qualiter: puta quietem vel vehementer.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Omnia quidem igitur nullus vtiq; ignorabit nõ insanus, manifestum autem q; neq; operantẽ.qualiter enim seipsum: quid autem operatur ignorabit vtiq; aliquis.puta dicentes aiũt excidere ipsos, vel non scire qm̃ ineffabilia erant, quemadmodũ mistica haycili, vel mõstrare volens dimittere, vt qui telum.existimabit vtiq; aliquis & filiũ oppugnatorẽ esse, quẽadmodum merope & rotundari sanceatam hastam, vel lapidẽ punicẽ esse.& in salutem percutiẽs/occidit vtiq;.& ostendere volens quemadmodum pugiles percutiunt vtiq;.Circa omnia vtiq; hec ignorantia existente : in quibus operatio:qui horũ aliquid ignorat : nolens videtur operari/& maxime in principalissimis, principalissima autẽ videntur esse in quibus operatio,& cuius gr̃a, Secundum talem vtiq; ignorantiã inuo untario dicto:adhuc oportet operationem tristem esse,& in penitudine,

¶Capitulum tercium de voluntario,

EXistente autẽ inuoluntario quod vi & propter ignorantiam: voluntariũ videbitur vtiq; esse/ cuius principium in ipso sciente singularia/in quib⁹ est operatio, Forsitan enim non bene dicitur inuolũtaria esse/ que ꝓpter irã: vel propter concupiscentiã. Primũ quidẽ enim nullũ adhuc aialium:aliorũ voluntarie operabitur,neq; pueri, Deinde vtrum nihil voluntarie operamur eorũ que ꝓpter concupiscentiã vel irã: vel bona quidẽ volũtarie:mala autẽ non:sed ridiculũ: vna causa existente, Inconueniens autem forte inuoluntaria dicere,que oportet appetere,oportet autem & irasci inquibusdã, & concupiscere quedã,puta sanitatẽ vel disciplinã, Vidẽtur autem inuoluntaria quidẽ:tristia esse,que autem secundum concupiscentiã

del,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

delectabilia. Adhuc autem quid differunt in essendo volũtaria: secundum cogitationem vel iram peccantur: fugiẽda enim ambo. Videntur autem nõ minus hũane esse irrationabiles passiones quare & operationes hominis ab ira & concupiscẽtia incõueniens igitur ponere inuoluntaria hec.

¶ Capitulum quartum de electione.

DEterminatis autẽ voluntario & inuoluntario: de electione sequitur pertransire maxime enim propriũ videtur virtuti esse. & magis mores iudicare electione q̃ operibus. Electio vtiq̃ voluntariũ esse videtur. non idem autem sed in plus voluntarium electioni. voluntario enim & pueri & alia animalia comunicant. electione autem non. & repentina voluntaria quidem dicimꝰ. secũdum electionem autem nõ. Dicentes autem ipsam concupiscentiam vel iram vel voluntatem/ vel quandam opinionem. non videntur recte dicere. Non enim coũe electio & irrationabilium. concupiscentia autẽ & ira Et incontinens concupiscens quidem operatur: eligẽs autẽ nõ. Et electioni quidem concupiscentia contrariatur concupiscentia autem concupiscentie non. Et concupiscentia quidem delectabilis & tristis. electio autem neq̃ tristis neq̃ delectabilis. Ira autem adhuc minus. nequaq̃ enim que propter iram secundum electionem esse videntur. Sed neq̃ voluntas: q̃uis propinqua esse videantur. Electio enim non est impossibilium. & si quis dicat eligi: videbitur vtiq̃ insipiens esse. volũtas autem est impossibilium. puta immortalitatis. Et volũtas quidem est & circa ea que nequaq̃ per ipsum operata sunt vtiq̃. puta ypocritam vin-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cere aliquem, vel athletam, eligit autem talia nullus, sed quecun
q̃ putat fieri per ipsum. Adhuc autem voluntas quidem est ma=
gis finis, electio autem eorum que sunt ad finem, puta sanitatem
volumus, eligimus autem per que sani erimus & felices esse vo
lumus, eligimus autem dicere non congruit. Vniuersaliter autẽ
videtur electio circa ea que in nobis sunt. Neq̃ opinio iam vti=
q̃ erit, opinio quidem videtur circa omnia esse, & nichil minus
circa eterna, & impossibilia, & ea que in nobis. Et falso & vero
diuiditur, & non malo & bono, electio autem his magis. vniuer
saliter quidem igitur opinioni non idem forsitan neq̃ dicit ali=
quis. Sed neq̃ cuidam, in eligẽdo enim bona vel mala: quales
quidam sumus, in opinando autem non. Et eligimus quidem
accipere vel fugere vel aliquid talium opinamur autem quid ẽ,
vel cui confert, vel qualiter, accipere autem vel fugere non mul
tum opinamur. Et electio quidem laudatur, in essẽdo cui⁹ opor
tet magis: vel recte, opinio autem in essendo vt vere. Et eligi=
mus quidem que maxime scimus bona existẽtia opinamur au=
tem que non multum scimus. Et videntur non idem / & eligere
optima / & opinari, sed opinari quidem melius, propter maliciã
autem eligere nõ que oportet. Si autem presit opinio electioni /
vel subsequatur / nihil differt. non enim hoc intendimus, sed si
idem opinioni cuidam. Quid igitur / & quale quid est: quoniam
dictorum nihil: voluntarium quidem videtur. voluntarium au
tem non omne eligibile, sed certe preconsiliatum, electio enim
cum ratione & intellectu. subsignare autem videtur & nomẽ vt
ens pre aliis eligibile.

¶ Capitulum quintum de consilio.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Consiliantur autem vtrũ de omnibus:& omne consilia bile est:aut quibusdã non est consilium. Dicendũ autem forsitan consiliabile.non pro quo consiliabitur vtiq; aliquis insipiens vel insanus/ sed pro quibus intellectum habens. De eternis autem nullus consiliatur.puta de mũdo/ vel dyametro/ vel cõsta/quoniã incõmẽsurabiles. Sed neq; de his que in motu semper autem secundũ eadẽ factis.siue ex necessitate:siue ex natura.vel propter aliquam aliam causã.puta solis versionibus & ortibus.Neq; de his que alias aliter. puta siccitatib9 & ymbribus.Neq; de hiis que a fortuna.puta thesauri inuentõe. Sed neq; de hũanis omnibus.puta qualiter scire optime conuersentur:nullus vtiq; lacedemoniorũ consiliatur.nõ enim fiet vtiq; eorum per nos aliquid.Consiliamur autem de his que in nobis & operabilibus.hec autẽ sunt & reliqua. Cause enim videntur esse natura.& necessitas.& fortuna.adhuc autem & intellect9. & omne quod per hoiem.hoim autem singuli cõsiliantur de his que per ipsos operabilibus. Et quidem circa certas & per se sufficientes disciplinarum.non enim est consiliũ.puta de lr̃is.nõ enim dubitamus qualiter scribendum.sed quecũq; fiunt per nos. Nõ similiter autem de hiis consiliamur.puta de his que circa medicinalem. & negociatiuã/ & circa gubernatiuam magis q̃ circa gignasticam:q̃to minus certificata est.& adhuc de reliquis similiter.Magis autem & circa artes q̃ circa disciplinas / magis enim circa ipsas dubitamus.Consiliari autem oportet de his que vt sepius.incertis autem qualiter euenient. & in quibus indeterminatũ. Consiliatores autem assumimus in magna:discredentes nobis ipsis velut non sufficientibus dignoscere. Consiliamur autẽ nõ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

de finibus:ſed de his que ad fines neqꝫ enim medicus cõſiliatur:
ſi ſanabit.neqꝫ rhetor ſi perſuadebit.neqꝫ politicus ſi pacẽ faciet.
neqꝫ reliquorum reliquis de fine.Sed ponẽtes finem aliquẽ/ qua
liter:& per que erit:intendunt.& ſi per plurima quidem videatur
ficri.per quod facillime & optĩe:intendunt:ſi autẽ per vnũ ꝓcu=
ratur.qualiter per hoc erit & illud per quod. quouſqꝫ veniant ad
primam cauſam.que inuẽtione vltima eſt.Qui enim conſiliatur
videtur querere & reſoluere dicto modo quemadmodũ dyagra
ma.Videtur autẽ queſtio non omis eſſe cõſilium.puta mathema
thice.conſiliũ autem omne:queſtio.& quod vltimũ eſt in reſolu
tione:primũ autem in generatione.Et ſi quidẽ impoſſibile inue
niant:diſcedunt.puta ſi pecuniis indiget has autẽ non poſſibile
eſt tribui.ſi autẽ poſſibile videatur: incipiunt operari. poſſibilia
autem que per nos fiunt vtiqꝫ. que enim per amicos per nos ali
qualiter ſunt.principiũ enim in nobis.Querũtur autẽ qñꝫ quidẽ
inſtrumẽta:qñꝫ autẽ neceſſitas horũ.ſimiliter autẽ & in reliquis.
qñqꝫ quidem per quod.qñqꝫ autẽ qualiter vel propter quid.Vide
tur autẽ quemadmodũ dictũ eſt hõ eſſe principiũ operationum.
conſiliũ autẽ de operabilibus ab ipſo.Operationes autẽ alioruꝫ
gr̃a.nõ igitur erit conſiliabilis finis.ſed que ad fines.Neqꝫ vtiqꝫ
ſingularia.puta ſi panis hoc vel digeſtũ eſt vt oportet. vel factũ
eſt vt oportet.ſenſus enim hoc.ſi autem ſemper conſiliabitur:in
infinitum venient.Conſiliabile autem & eligibile idem.verũta=
men determinatum eſt iam eligibile.Quod enim conſilio preiu=
dicatum eſt.eligibile eſt quieſcit|enim vnuſquiſqꝫ querens:qua=
liter operabitur.qñ in ſe ipſum reducet principium.& ipſum in

(c) 2007 Ministerio de Cultura

antecedẽs. hoc enĩ ẽ quod eligitur. Manifestũ aũt hoc: & ex anti quis vrbanitatibus quas homer⁹ est imitat⁹. reges enĩ q̃ eligebãt: annũciabãt plebi. Existẽte autẽ eligibili/ cõsiliabili desiderabili eoꝝ q̃ in nobis & electio vtiq̃ erit cõsiliabile desideriũ eoꝝ q̃ nobis ex cõsiliari enĩ iudicãtes desideram⁹ scd̃z cõsiliũ. Electio q̃dẽ igĩt typo nũc nõ vt cõsuet ũ est dicere scd̃m subscriptionẽ/ sz vniuersaliter dicta sit. & circa qualia est. & qm̃ eoꝝ que ad fines.

¶Capitulum sextum de voluntate.

VOlũtas autẽ qm̃ quidẽ finis est dictũ ẽ. videt autẽ hiis quidẽ per se bõi esse: his aũt apparẽtis bõi cõtigit autẽ volũtabile per se bonũ dicẽtib⁹: nõ esse volũtabile: quod vult q̃ nõ recte vult. si enĩ erit volũtabile: & bonũ. erit autẽ si sic cõtingit qm̃z malũ. Rursus volũtabile autẽ apparẽs bonum dicẽtib⁹/ nõ esse natura volũtabile/ sed vnicuiq̃ quod videt. alij autẽ videtur aliud. & si sic: cõtigit cõtraria. Si autẽ vtiq̃ hec nõ placẽt: ergo dicẽdũ sĩpliciter q̃dẽ & scd̃m veritatẽ volũtabile esse p̃ se bonũ vnicuiq̃ aũt quod videt. Studioso q̃dẽ igĩt quod scd̃z veritatẽ. prauo aũt quod cõtigit. q̃admodũ & in corporib⁹ bene dispositis q̃dẽ sana sũt scd̃m veritatẽ talia existẽtia. infirmis aũt altera. siliter autẽ amara & dulcia. & calida. & grauia. & alioꝝ singula. Studiosus enĩ sĩgula iudicat recte. & in sĩgulis ei verũ apparet scd̃m enĩ vnũquẽq̃ habitũ ppria sũt & bona & delectabilia. Et differt plurimũ forsitã studiosus hoc veꝝ in singulis videre. q̃admodũ regula & mẽsura eorũ existẽs. Multis aũt deceptio p̃pter delectationẽ videtur fieri. nõ enĩ existens bonũ videt. & desiderãt igĩt delectabile nõ bonũ. tristiciã autẽ vt malũ fugimus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶Capitulũ. vii. applicat ad virtutes & vicia dicta de volũtario electõe ꝯsilio & volũtate. & tollit errorẽ ꝙ nullꝰ volẽs ẽ malꝰ

EXistẽte igitur volũtabili quidẽ finis: cõsiliabilibꝰ aũt & eligibilibꝰ eorũ q̃ ad finẽ: q̃ circa hec operationes secundum electionẽ erũt vtiq̃ & volũtarie. virtutũ aũt operatõnes circa hec in nobis autẽ est virtus. Similiter autem & malicia. in quibꝰ enĩ in nobis operari. & nõ operari. & in quibus non: & etiã. quare si operari bonũ existẽs in nobis est: & sci nõ operari bonũ existẽs in nobis & operari malũ. Si autẽ in nobis bona operari & mala: similiter autem & nõ operari: hoc autem erat & bonos & malos esse: in nobis erit decentes & prauos esse. Dicere autẽ ꝙ nullus volẽs malus / neq̃ nolẽs beatus / assimilatur hoc quidẽ mendaci: hoc aũt veraci beatꝰ enĩ nullꝰ nolẽs. malicia autem voluntarium. Vel in nunc dictis dubitandum & hominem non dicendum esse principium neq̃ genitorem operationum. quemadmodum & natorum. Si autem hec videntur: & non habemus in alia principia reducere preter ea que in nobis: quorum & principia in nobis & hec in nobis. & voluntaria. Hiis autem videntur testificari & propria que a singulis: & ab ipsis legislatoribus puniunt enim & cruciãt operantes mala: quotquot nõ viri aut propter ignorantiam / cuius non ipsi causa bona autem operantes / honorant. velut hos quidem prouocantes: hos autem ꝓhibentes q̃uis ad ea que neq̃ in nobis sunt neq̃ voluntaria: nullus prouocat operari vt nichil ante opus suadere existens. puta non calefieri. vt dolere vel esurire. vel aliud quodcunq̃ talium. nihil enim minus patiemur. Etenim ipso in ignorante puniunt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſi cauſa videatur ignorantie, puta ebriis duplices increpationes, principiũ enim in ipſo, dñs enĩ eſt eiꝰ: quod eſt nõ inebriari, hoc autẽ ignorãtie cã. & ignorãtes aliquid eorũ q̃ in legibus q̃ oportet ſcire & non difficilia ſunt: puniũt. ſimiliter autẽ & in aliis quecunqꝫ per negligentiam ignorare videntur. vt in ipſis exiſtente non ignorare, eius enim quod eſt diligentes eſſe, domini.

¶ Capitulum. viii. excludit radices dicti erroris ex parte diſpõis intrinſece inclinantis appetitum.

Ed forſitan talis aliquis eſt/ vt nõ diligens ſit. Sed eiꝰ quod eſt tales fieri ipſi cauſa. viuentes remiſſe, & eius quod eſt iniuſtos vel incontinẽtes eſſe: hij quidẽ mala facientes: hij autẽ in potatõnibus & in talibus degentes. Que enĩ circa ſingula tales operationes faciũt, hoc autẽ manifeſtũ eſt ex meditãtibus ad quãcunqꝫ agoniã vel operationẽ. pficiunt enim operãtes, ignorare quidẽ igitur qm̃ ex operari circa ſingula habitus fiãt pene eſt inſenſibilis. Adhuc autẽ irrationabile iniuſta facientẽ/ nõ velle iniuſtũ eſſe. aut ſtuprantẽ/ incõtinentẽ eẽ, ſi aũt non ignorãs aliquis operatur ex qbꝰ erit iniuſtꝰ: volẽs iniuſtus vtiqꝫ erit. Nõ tamẽ ſi velit iniuſtus exiſtens: requieſcet. & erit iuſtus, non enim qui egrotat: ſanus. & ſi ſic cõtingit: volẽs egrotat incontinẽter viuẽs: & inobediẽs medicis, tũc quidẽ igitur inerat nõ egrotare. emiſſo autẽ: nõ adhuc, quemadmodũ neqꝫ dimittẽti lapidẽ: adhuc ipſũ poſſibile reſumere, ſed tamẽ in ipſo erat mittere & proicere, principiũ enĩ in ipſo, ſic autem & in iniuſto, & incõtinenti, ex principio quidẽ inerat tales nõ fieri, ꝓpter quod volentes ſunt, factis autẽ: nõ adhuc ineſt non eſſe. Non ſolũ aũt aie

(c) 2007 Ministerio de Cultura

malicie voluntarie sunt:sed quibusdã & que corporis,quos & in crepamus.ꝓpter naturã quidẽ enĩ turpes nullus increpat:sed eos qui ꝓpter desidiã & negligentiã,similiter autẽ & scdm imbecillitatem & orbitãte nullus enĩ vtiq; improperabit ceco natura vel ex infirmitate vel ex plaga:sed magis miserebitur eum autem q ex vini potatione vel alia incontinẽtia:omnis vtiq; increpabit. earum autem que circa corpus maliciarũ que in nobis:increpantur,que autem non in nobis:nõ,si autem sic:& in aliis: que increpantur malicie in nobis vtiq; erunt,

¶Capitulum.ix.excludit radices dicti erroris ex parte virtutis cognoscitiue,

Si autẽ quis dicat q; oẽs desiderãt apparẽs bonũ: fãtasie autẽ nõ dñi:sed qualis ẽ vnusq;q; talis finis videtur ei. Si quidẽ igitur vnusquisq; ẽ habit⁹ sibi:q̃liter causa & fãtasie erit qualiter causa ipse. Si aũt nullus sibi cã ei⁹ quod malum facere:sed ꝓpter ignorantiam finis hoc operatur: ꝓpter hoc existimãs fore sibi optimum:finis autem desideriũ nõ spontaneum:sed innasci oportet,quemadmodũ visũ habentẽ/quo iudicat bene:& quo scdm veritatẽ bonũ desiderabit:& est bene nat⁹/cui hoc bene innatũ est:quod enim maximũ & optimũ & quod ab alio non possibile accipere neq; discere: sed quale innatũ est, tale habebit:& quid bene & optime hoc innatũ esse perfecta & vera erit vtiq; bona natiuitas. Si vtiq; hec sunt vera:qd magis virtus q̃ malicia erit voluntarium.ambobus enim similiter & bono & malo finis nutura/ vel qualitercũq; videtur & iacet. reliqua autem ad hoc referentes operãtur qualitercũq;.sine vtiq; finis non

(c) 2007 Ministerio de Cultura

natura vnicuiq; videtur:sed apud ipsũ est:sine finis naturalis: in reliqua autem operãdo voluntarie studiosus: virtus tamẽ volũtariũ est:nihil minus & malicia voluntarium vtiq; erit,similiter enĩ & malo existit quod ꝓpter ipsum in operationib⁹: & in fine, si igitur & q̃ad modũ dicitur voluntarie sunt virtutes: etenim habituũ cause qualiter ipsi sumus:& in quales quidẽ existẽdo : finẽ talẽ ponimus: volũtarie & malicie vtiq; erunt,similiter enĩ vtraq; sunt,Cõiter igitur de virtutibus dictũ est nobis & gen⁹ typo: qm̃ medietates sunt,& qm̃ habitus & a quibus fiunt, qm̃ harum operatie & secundum se ipsas& quoniã in nobis,& volũtarie sic: vt vtiq; recta ratio precipiet. nõ similiter autẽ operationes volũtarie sunt & habitus operationũ quidẽ enĩ a principio viq; ad finem dñi sumus:sciẽtes q̃ secundũ singula,habituũ autem principij sumus eorũ q̃ secundũ singula aũt, adiectio nõ cognita,q̃admodũ in egrotationibus,sed qm̃ in nobis erat sic, vel nõ sic, vtiq; ꝓpter hoc voluntarij.Resumentes autem de vna quaq; dicemus que sunt,& circa qualia,& qualiter,simul autem erit manifestum & quot sunt.& primum de fortitudine.

¶Capitulum.x.de materia fortitudinis.

Voniã quidẽ igitur medietas est circa timores & audacias,iã & pri⁹ dictum est.timemus autẽ terribilia, hec autem sunt vt simpliciter sit dicere mala,propter quod & timorẽ determinant expectationẽ mali.timemus igitur omnes mala,puta malã opinionem,inopiã,egritudinẽ, inimiciam,mortem. Sed non circa omnia videtur fortis esse. q̃dã enĩ & oportet timere & bonum,quod autẽ nõ:malum, puta malam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

opinionem/qui quidem enim timet/decens & verecundus.q au
tem non timet inuerecundus.dicitur autem a quibusdam fortis
secundũ methaphorã.habet enim aliquid simile forti impauid⁹
enim quis & fortis.inopiã autem forsitan nõ oportet timere ne
q̃ egritudinem.neq̃ vniuersaliter quecũq̃ non a malicia. neq̃
propter seipsum.sed neq̃ is qui circa hec impauidus:fortis.dici
mus autem & hunc secundum similitudinem quidã enim in bel
licis periculis timidi existentes liberales sunt & ad pecuniarum
emissionem bene audenter habent.Neq̃ enĩ si quis iniuriã circa
pueros vel vxorẽ timet/ vel inuidiã/ vel ali quid talium: timid⁹
est.neq̃ si audet flagellandus fortis.Circa qualia igitur terribili=
um fortis vel circa maxima.nullus enim magis sustinet pericu=
la q̃ fortis terribilissimũ autẽ mors.termin⁹ enim & nihil adhuc
mortuis videtur bonum vel malum esse. Videbitur autem neq̃
circa mortem que in omni/fortis esse:puta in mari.vel in egritu
dinib⁹.in quibus igitur:vel in optimis tales autem qui in bello.
in maximo enim & optimo periculo. Concordes autem & hiis
sunt honores in ciuitatibus / & apud monarchas. Principaliter
autẽ dicetur vtiq̃ fortis q̃ circa bonã mortẽ ipauidus. & q̃cunq̃
mortẽ inferũt repẽtina existẽtia.talia aũt maxĩe q̃ circa bellum.
Sed adhuc & in mari:& in egritudinib⁹/ intimidus: q̃ fortis non
sic autem marmarij.hi quidem enim desperãt salutẽ:& mortem
talem aspernantur.hij autem bene spantes sunt ꝓpter experien=
tiã. Similiter autem & viriliter agunt: in quibus est fortitudo: &
bonũ mori.in talibus autem corruptionib⁹ neutrũ existit.

¶Capitulum.xi. de actu fortitudinis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

TErribile autē nō in omnibus quidē idē, dicim⁹ quidē & super hoiem, hoc quidē igitur terribile oīm hñti intellectū, quod aūt sdm hoiem differt magnitudine, & in eo quod magis & minus, similiter aūt & ausibilia. Fortis autē instupescibilis vt hō timebit quidē igitur & talia, vt oportet aūt, & vt ratio sustinebit boni grā, hoc enī finis virtutū, est aūt magis & minus hec timere, & adhuc nō terribilia vt talia timere, fit autem peccatorū hoc quidē quod non oportet, hoc aūt quoniā nō vt oportet, hoc vero quoniā nō qñ vel aliquid taliū, similiter autem & circa ausibilia. Qui quidem igitur q̄ oportet/& cui⁹ grā sustinet & timet: & vt oportet: & qñ, similiter autē & audet fortis. secundū dignitatē enī: & vt vtiqꝫ ratio patitur: & operatur fortis. Finis autē oēs operatiōis est qui secundū habitū, & forti autem fortitudo bonū, talis autē finis, determiatur autem vnū quodqꝫ fine: boni vtiqꝫ gratia fortis sustinet & operatur que secundū fortitudinem. Superabundantium autem qui quidem in pauiditate/innominatus dictum est autem nobis in prioribus quoniam multa sunt innominata, erit autem aliquis insanus vel sine sensu doloris: si nichil timeat, neqꝫ terre motum: neqꝫ inundationes quemadmodum aiunt celtas. Qui autem in audendo superabundat circa terribilia: audax, videtur autem & superbus esse audax, & fictor fortitudinis, vt igitur circa terribilia ille se habet: sic iste vult videri, in quib⁹ igitur potest imitatur, propter quod & sunt multi ipsorum audaces timidi, in his autem audētes, terribilia nō sustinēt. Qui aūt ī timēdo supabūdat/timid⁹, eteni q̄ nō oportet/& vt nō oportet talia oīa sequūt ipm, defecit aūt ī audē

(c) 2007 Ministerio de Cultura

do.ſed in triſticiis ſuperabundans magis manifeſtus eſt. Deſpe
rans vtiq; quis timidus:omnia enim timet.fortis autem contra
rius.in audendo enim bone ſpei. Circa hec quidem igitur eſt ti=
midus.& audax & fortis.differenter autē habent ad hec. hij qui
dem enim ſuperabundant.& deficiunt.hic autem medio modo
hꝫ & vt oportet. Audaces quidē preuolantes & volentes añ peri
cula:i ipis aūt diſcedūt.fortes aūt ī operatōib⁹ acuti.pri⁹ aūt qui
eti. Quēadmodū aūt dictū eſt fortitudo medietas eſt circa auſi
bilia & terribilia in quib⁹ dictū eſt.& quoniā bonū deſiderat.&
ſuſtinet.vel quoniā turpe non.mori autē fugientē inopiam vel
cupidinē/ vel aliquid triſte/non fortis.ſed magis timidi. molli=
cies enim fugere laborioſa.& nō quoniā ſuſtinet bonum.ſed fu=
giens malum.eſt igitur fortitudo tale quid.

¶Capitulum.xii.de quibuſdam que habent actum ſimilem fortitudini ſed deficiunt a vera fortitudine.

Dicuntur autem & alie ſecundum quinq; modos. Pri=
mum quidē politica.maxime enim aſſimilatur. vidē
tur enim ſuſtinere pericula ciues propter eas que ex le
gibus increpationes.& opprobria. & propter honores. & ꝓpter
hec fortiſſimi videntur eſſe apud quos timidi inhonorati.fortes
vero honorati. Tales autem & homerus facit. puta diomedē. &
hectora polidamas mihi primum redarguiōes reponet.vt dyo
medes hector enim dicet troianis concionans tītides autē a me
Aſſimilatur autem hec maxime ei que prius dicta eſt. quoniam
propter virtutē fit.propter verecundiā enim & boni deſideriū.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

honoris enim gratia, & fuge opprobrij turpis existenti s, Ponet autē vtiq; aliquis & a pricipibus coactos in idem deteriores autem: qñ non propter verecundiā: sed propter timorem id operantur & fugiente nō turpe: sed triste, cogunt enim dñi quemadmodum hector, quē autē ego sine bello fugiente intelligam / nō sibi sufficiens erit fugere canes. Et qui precipiunt: & si recedant percutiētes idem operantur, & qui ante muros foueas & talia p̄ ordinant, omnes enim cogunt. oportet autē non propter necessitatē fortem esse sed qm̄ bonū. Videtur autē & experiētia q̄ circa singula fortitudo esse, vnde socrates existimauit sciaz esse fortitudinē, tales autē alij quidē in aliis: in bellicis autē milites, videntur autē multa inania esse belli, q̄ maxie cōspexerunt isti, videntur vtiq; fortes: qm̄ non sciunt alij qualia sunt, deide facere: sed non pati maxie, pūt xe experientia. & custodire / & percutere potentes vtiq; armis, & talia habentes qualia vtiq; erūt & ad facere & ad non pati fortissia: quemadmodum inermibus armati pugnant & athlete idiotis. etenim in talibus agonibus non fortissimi pugnatissimi sunt, sed maxie potētes & corpora optima hñtes. Milites autem timidi qñ superextēditur periculū & deficiunt multitudinibus & preparationibus, primi enim fugiunt ciuilia autē pmanētia moriūtur, qudo & in ermeon cōtingit, hiis quidē eni turpe fugere, & mors tali salute eligibilior. hij autē & ex principio periclitabātur vt meliores existentes cognoscētes autē fugiunt, mortem magis turpi timentes, fortes autē non tales. Et furorē autē super fortitudinē inferūt, fortes eni esse videntur & q̄ ppter furorē, quēadmodū fere vulnerātes ferūtur, qm̄ & fortes furoris spēm hñt. impetuosissimus eni furor ad pericula,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

vnde & homerus virtutē imitte furori & virtutē per furorē erige & austerā autem per singulas nares virtutē. & ebuliuit sanguis. oia enim talia videntur significare furoris erectionē & impetū. Fortes quidē igitur ꝓpter bonū operātur. furor aūt cooperatur eis. Fere autē ꝓpter tristiciā. ꝓpter vulnerari enī. vel ꝓpter time re. quia si in silua essent vel in palude nō aduenirēt. nō vtiq; sūt fortes a dolore & furore impulse ad periculū nihil periculorū p= uidētes. qa sic & asini forte essēt esuriētes. ꝓcussi enī nō desistūt ad pascua sz & adulteri ꝓpter cōcupiscētiā & audaciā multa ope rātur nō vtiq; sūt fortia per dolorē vel furorē impulsa ad pericu lum. naturalissīa autē videtur q̄ ꝓpter furorē esse. & preaccipiēs electionē. & cui⁹ gr̄a fortitudo & hoies vtiq; irati quidē dolēt. puniētes autē delectātur. qui aūt ꝓpter hoc: pugnātes quidē nō fortes aūt. nō enī ꝓpter bonū neq; vt ratio. sed ꝓpter passionez simile aūt habēt aliquid. Neq; vtiq; bone spei existētes / fortes. ꝓpter multotiēs enī & multos vicisse cōfidunt in periculis. Cō= similes autē quoniā ambo audaces. sed fortes quidē ꝓpter pre= dicta audaces: hij autē ꝓpter estimare meliores esse & nihil con tra pati. tale aūt faciūt & inebriati. bene sperātes enī fiūt. qn̄ aūt ipsis nō accidūt talia fugiūt. fortis autem erat terribilia homini existētia & nō apparētia sustinere: qn̄ bonū. & turpe nō. Propt qd̄ fortōris videt eē in repētinis timoribus & inpauidū eē: q̄ in premanifestis. ab habitu enī magis. qn̄ min⁹ ex p̄paratōne: pre manifesta qdē igitur & si ex rōne & ex cogitatōe aliqs p̄eligat. re= pentina autē secundū habitū. Fortes autē vidētur & ignorātes. & sūt nō lōge ab his qui bone spei. deteriores quāto dignitatez nullam habent. illi autē propter quod & ꝓmanent per aliquod.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tempus. hij autem deceptiſi cognouerunt quoniã aliud eſt q̃ ſuſpicantur: fugiunt. quod argei patiebantur incidentes in latronibus & ſycconiis & fories vtiq; dicti ſunt quales quidam eſtimati fortes.

¶ Capitulum. xiij. de quibuſdam proprietatibus fortitudinis ſecũdum q̃ fortitudo ſe habet ad delectationem & triſticiam.

Irca audacias autem & timores fortitudo exiſtẽs nõ ſimiliter circa ambo eſt. ſed magis circa terribilia. in hiis enim & imperturbatus: & circa hec vt oportet habens fortis magis q̃ circa audacias. In ſuſtinendo vtiq; triſtia vt dictum eſt fortes dicuntur. propter quod & fortitudo triſte. & iuſte laudatur. difficilius enim triſtia vt dictum eſt ſuſtinere: q̃ a delectationibus abſtinere. ſed & adhuc videbitur vtiq; eſſe qui ſecundum fortitudinem finis delectabilis. ad hiis autem que circa finem euaneſcere. quale in gignaſticis agonibus fit. pugillibus enim finis quidem delectabilis. cuius gratia corone & honores percuti autem doloroſũ ſi carnales. & triſte omnis labor. propter multa autem hec eſſe/ paruum exiſtens cuius gratia: nihil delectabile videtur habere. ſi vtiq; tale eſt. & quod circa fortitudinem. mors quidem & vulnera triſtia forti & volenti erunt. ſuſtinet autem hec quoniam bonum. vel quoniam turpe nõ. Et quanto vtiq; magis virtutem habeat omnem & felicõr ſit magis in morte triſtior erit. tali enim maxime viuere dignũ. & iſte maximis bonis priuatur ſciens triſte autem hoc. Sed nihil min⁹ fortis. forſitan autem & magis fortis: quoniam bonum in bello: pro illis eligit. Non vtiq; autem in omnibus virtutibus delecta

(c) 2007 Ministerio de Cultura

biliter operari existit, preterq̃ inquantum finem attingit. Milites autem nihil forsitã prohibet non tales esse optimos sed eos qui minus quidem fortes: aliud autem bonum nullum habẽtes parati quidem enim isti ad pericula: & vitam ad parua lucra permutant. De fortitudine quidem igitur in tãtum dictum sit, quid autem est non difficile typo accipere ex his que dicta sunt.

Capitulum .xiiii. q̃ temperantia & intemperãtia sunt circa delectationes & tristicias non visus auditus & olofactus sed tactus & gustus.

